

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de  
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 8. An ecclesia cathedralis illiusque singuli canonici subjiciantur huic tribunali.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](#)

*Materiam Conservatorum laicorum trilunati*  
*Quinto, Eadem diplomata adeo eximunt ut ne quidem officiorum que geruntur  
 contemplatione exempti vocari possint coram qualicunque judice tam ordinario  
 quam extraordinario ut videtur est ex illa Iuliana quam huic tractatu inferit, pan  
 z. quest. 77. n. 6.*

### QVÆSTIO SEPTIMA.

Pontifex an statuere possit ne exempti ratione officiorum subjacent  
 vigintiduum viris.

### SUMMARIUM,

- 1. Inq' Pape privilegium eximit etiam ratione officiorum & beneficiorum.
- 2. Pirro Philosophus censebat de omnibus esse dubitandum.
- 3. Ecclesia clavibus non est distracta.

**I**lli Papa exemptions clerici secundarii dicesis Leodiensis adeo eximit ut nequidem officiorum que geruntur respectu possint coram quibusvis ordinatis aut extraordianariis judicibus convenienti sed an jure fulciatur hec constitutio Pirro aliquis Ph. Iosophus qui de omnibus dubitandum censebat ut est apud Alciatum, certum fuisse certi per fortassis ambiget. Certe nemo ambiget nisi qui Papæ potestati ac Petri clavibus a Christo acceptis derogare voluerit, quare ut bene Navarus admoner judices seculares, in cap. novit. not. 6. num. 34. sexto Corollario de iudicij Jacobus Almaynus de potestate Papæ cap. 11. cavendum eis est ne dum plus latius placere volunt iurisdictioni atque potestati laicæ displiceant divinae detrahendo clavibus Petri & Ecclesiae potestati accepte ab ipso metu Christo Domino DEO nostro.

### QVÆSTIO OCTAVA.

An Ecclesia cathedralis illiusve singuli canonici subjiciantur huic tribunalui.

### SUMMARIUM.

- 1. Cathedrales Canonici sunt membra mystici corporis Episcopalis.
- 2. Canonici cathedrales an sub dispositione generali comprehendantur.
- 3. Canonici cathedrales sunt excepti.

De

Vigintiduum virum Leodien comparat compreh. Pars III. Quæst. VIII. 377  
DE Privilegijs atque prorogativis Ecclesiæ cathedralis singulorumque  
quidem Ecclesiæ cathedralis Canonorum qui sunt pars corporis Ec-  
clesiæ cathedralis, cap. requisiti de testam, atque membra Episcopi qui  
Ecclesia cathedralis caput esse dicitur, cap. novit. cap. quando de his que sunt à pra-  
e Lat. Olde, conf. 230. Multa si opere pretium esset adferre possumus que essent  
eius Rombum ut est adagium atque huius materia cantilenam, ut proinde no-  
tum est ad positione generali comprehendantur in qua invenio affirmantes, DD.  
cap. quamvis § 1. de prob. in 6. 10. de Selva de beneficio par. 3. quæst. 6.1. num. 5 & negan-  
tibus sententias, Compost. cap. capitulum S. crucis de rescriptis DD. d. cap. quamvis Lud.  
comes de gratia & expectativa num. 9. satis sit cathedralis Ecclesiam Leodien.  
sem illiusque membrorum magnificis titulis ab omni iurisdictione tam ordinaria quam  
extraordinaria eximi ut ex illius conservatoria quam hunc tractatu inferri li-  
quidum est. Itaque non magis huic tribunalis subiecti possunt Canonici cathedralis  
quam etiam nolentes volentes quam alij cleri secundarij exempti. Neque referet vi-  
gintiduum viros sibi iurisdictionem in exemptionis tam cleri primarij quam secunda-  
rij dicere, quandoque usurpare. Temporis enim iste qualis qualis cursus signan-  
ter cum de primordio causa huic iurisdictionis constat, idem exemptionibus  
prædicare non potest ut alii in locis rationibus non paucis quos per compen-  
dium hic prætereo comprobavi.

Proinde non quid factum sit sed quid fieri debuerit respiciendum est ut de  
eo qui non quid Romæ fieret sed quid Romæ fieri deberet considerandum esse  
reponit egoque id in alia quæstione quam ostendi iurisdictionem vigintiduum  
virum temporis præscriptione ampliari non posse confirmavi. Denique dispositio  
eximens Episcopum extendenda etiam ad illius cathedralis capitulum, VV Ames.  
conf. 4. num. 3. de rescriptis, idque propter connexitatem qua Episcopus fингitur u-  
num esse corpus cum capitulo, VV Ames d. num. 3. cap. si quu eum 6. q. 1. cap. novit. de  
his que sunt à Pralato.

#### QVÆSTIO NONA.

An collegia seu alia quævis capitula aut universitates comprehendantur  
sub hac pace,

#### SUMMARIUM.

1. Odiosa in materia appellatione personarum non veniant collegia vel universitates.
2. Extensiva in materia appellatione persona venit collegum aut universitas.

Bbb

Pax